



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Epitome Tribvnalis Sacramentalis Reverendissimi Patris
Petri Marchantii**

Zurmöllen, Heinrich

Neuhusii, 1677

Reverendissimo, Praenobili & Eximio Patriac Domino, Dominio Lavrentio à
Dript ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-9734

Reverendissimo, Prænibili & Eximio
Patri ac Domino,

D O M I N O
LAVRENTIO
à D R I P T

Ordinis S. Bened. in Gladbach pro-
fesso, S. Theol. Lectori, Reverendissimi ac
Celsissimi Principis & Episcopi Paderbornensis,
in Ecclesiast. Consiliario, nec non in Spiritual.
Commiss. Generali.

Patrono suo Colendissimo.

Epitomen Tribunalis Sacra-
mentalibus, piæ memoriæ Pa-
tris Petri Marchantij Con-
cinnavi, sed in lucem prodire vere-
tur, nisi Reverendissimæ Paternita-
tis tuæ, sublevetur favonijs, & beni-
gnissimi favoris suffulciatur ample-
xibus. Liceat itaq; mihi humili Ty-
pographica servitorum meorū ex-
hibitione, te venerari, te inquam:
qui irrequieto Religionis & Eccle-
siasticæ perfectionis volatu sublima-

D E D I C A T I O.

tus, Paderæ Diæcesin, in spiritualibus regis, foves, instruis. Non enim debet humore Typico præsens opusculum, aliorum novellos oculos conjicere, quam in eum, qui Commissarius Generalis in Spiritualibus, per districtum Paderanum constitutus, statui Ecclesiastico, Religioni conservandæ, hæresi ac delictis extirpandis, vigil Argus Zelosissime prospicis, & ita terra altior, terrena fastidis ac calcas, ut per virtutū tuarum scalam, ad hoc Ecclesiasticarū dignitatum Culmen conscenderis, & ut plus ultra ascendas meritissimus existas. Ita ut de te dictum intelligam, quod de Antonio pronunciavit Ennodius in ejusdem vita: quamvis (inquit) de splendore conscientiæ jubar hauseris, tamen fulgorem stirpis, præcipue morum radis obumbrasti, vincens decorem san-

D E D I C A T I O.

sanguinis ingenij claritate, dum co-
ruscantem generis tui lampadem,
actuum serenitate transcendis, & fa-
ctus es tui stematis victor, per quod
plerosque nascendo superasti. Et
quamvis non ignorem, modestiam
tuam ab omni Laudum alienarum
Lenocinio maxime alienam esse, ta-
men virtutum tuarum gloriam ne-
quaquam minues, si mihi indulseris,
ut ex innumeris paucas, quæ omni-
bus notæ perspectæque sunt, attin-
gam: Prodit autem ad primum Re-
verendissimæ Paternitatis tuæ obtu-
tum, ardens in Virginem Deiparam
amor, ejusque honoris ab omni inju-
riarum ac calumniarum incursu vin-
dicandi, intensissimū studium, quod
diversi tam ad ejus cultum promo-
vendum, quam honorem à calum-
nijs vindicandum, à te doctissime
editi libri, S. Matri Ecclesiæ luce

DEDICATIO.

clarius demonstrant, deinde huma-
nitas in colloquendo, circumspēcta
in perperam agentes lenitas, in pau-
peres charitas, in quosvis munificen-
tia principalis, deniq; animi dotum
Elenchum claudit, promptissimum
& ad omnia summa versatile ingeni-
um, & efficax illa in te notatur virtu-
tis species, quæ (teste Eusebio) ocu-
lis puris ostensa, mox omnes rapit in
amorem sui, quâ & ego raptus bene-
volentiae tuæ fastigio, præsentem de-
dico, consecro, substerno, libellum.
Contempiare itaque, in hoc tibi de-
dicato opusculo, tibi devinctissimi
animi obsequiū, benignoq; digneris
intuitu, quod è cordis sinu de prom-
ptum tibi sisto. Vale, & Religioni Ec-
clesiæ, ac defensioni B. Virg. Mariæ,
diutissime vive. Ita precor

*Reverendiss. Prænob. ac Eximia Pater-
nitatis Vestræ obsequiosissimus
F. Henricus Zurmollen.*